

SCRIPTA

Numéro Scripta : 934

Auteur(s) : Henri II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Raoul, Bayeux (chanoine)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1165-1181]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, augmente les revenus de la prébende de Castilly en faveur du chanoine Raoul et de ses successeurs.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiæ Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXLIII, t. 1, p. 173-174.

Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, dilecto filio suo Radulfo, Baiocensis ecclesiæ canonico, et omnibus ei in præbenda de Castilleio successuris, in perpetuum. (sic). Justum est hiis, quorum fides per experientiam approbata est, beneficia præstari ampliora, ut qui in ecclesia Dei plurimum desudant, vel desudare parati sunt, favoris et gratiæ plurimum consequantur. Inde est quod, intuitu fraternæ caritatis, et ejus benignitatis quam erga devotum clericum benignum oportet habere pastorem, tibi, dilecte fili Radulfe, et per te præbendæ tuæ in perpetuum concessimus, et propria manu donavimus, omnimas libertates illas in foresta de Nuilleio, quas decanus Baiocensis in terra sua de Castilleio hucusque habuisse dinoscitur, videlicet, herbagium, pasnagium omnium hominum in præbenda tua habitantium, placita quoque, et consuetudines de foresta, et omnia alia quæ forestariorum nostri ab hominibus tuis percipere solebant, quæ homines decani de eadem villa non solvunt, tibi, in augmentum præbendæ tuæ, de voluntate et communi capituli nostri assensu, concessimus. Necnon etiam tibi remisimus anenagium, et mutonagium, et oagium, et gallinagium : quæ quatuor tu, in præsentia nostra, hominibus tuis habebamus, nobis concedentibus, in augmentum præbendæ tuæ, retinuisti, eo tamen salvo, quod si quid amplius de libertatibus hiis alicui largiri volueris, libere tibi liceat. Statuimus etiam ut tu, et homines tui, omnes illas libertates et consuetudines in foresta nostra habeatis, quas habuistis tempore quo prædictas consuetudines solvistis, vel quas habent homines decani vel præcentoris Baiocensis, et quod alicui forestariorum nostrorum præbendam tuam ingredi, vel aliquam forestæ injuriam, aliter in ea prosequi non liceat quam in terra prædicti decani vel præcentoris.